Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift

xxx. Et cum transisset sabbatum. xxxi. Novissime recumbentibus illis xi apparuit e(is).

Finiunt capitula. Incipit prologus sancti Jeronimi presbiteri.

OMNIS SCRIBA doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Ergo vero similis paupercule vidue duo minuta in gazophylacium mittenti. discentibus meis pauperculis ac si .de paupere pera spatii(?) alimenta. has de mensa divitum mitto micas. quas catuli mei avide cum tyrofenissa flagitant. porro ancianata(?) aurum et argentum lapides preciosos minime habens. pelles licet vacinas(?) de celestibus de terrestribus offero natis. unde de marci euangeliste hystoria vel mystico intellectu maiores mei tradiderunt. deo adiuvante intimare curabo. Quatuor euangelia tractatores intactum ut puto preterierunt. quia eadem pene ut matheus narrat. licet ipse qui breviora sint dicta

iuncta testimoniis. ut ala alteri ala altera pregat(?) animalis. et rota rotam eandem sequitur via. et rursus vultibus se se sancta contueantur animalia. In primo canone marcus cum matheo lucaque commutatur et iohanne. in secundo cum matheo et luca. in tertio cum matheo et iohanne. in vi canone velut in una vecte duo anuli matheus semper coniunguntur et marcus. id est in xlviii capitulis. in octavo canone cum luca commutatur. unde xiii capitulis. ipse vero quem maxime utrumque explanare dispono xviii incedit capitulis. que simul omnia cc xxx iii sunt capitula.

MARCUS euangelista dei et petri discipulus. levitici genere et sacerdos in italia hoc scripsit euangelium. Iste in cuius euangelii sua de vocibus prophetarum sumens. precursorem et iohannem malachye id est angeli testimonio comprobans. verbum caro factum voce esaye designans. principium euangelice predicationis instituit. et invenit in verbo vocis quod in sono

Iubi(?)